



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Monvmenta Paderbornensia

Ferdinand <II., Paderborn, Bischof>

Paderbornae, 1669

4. Qvi Centvm Delabor Aqvis Comitatvs in Æqvor.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11425

4. QVI CENTVM DELABOR AQVIS
COMITATVS IN ÆQVOR. Mela. Plin. Adamus
Brem. supra. n. 2. Strabo. l. 7. in *Britannicum*. Adamus Brem.
ad *Aquilonem*, sive *Borealem Oceanum*. Strabo. pleno latōq;
ore infra *Embdam*, illustre in *Frisiâ* emporium, effundit
tur. Isac. Pont. lib. 1. orig. Franc. c. 9. longissimum enim
cursus tenet, plurimōsque interea fluvios recipit, atque
ingentem aquæ copiam in Oceanum defert.

5. ANTE PERERRATIS VRBIBVS. Falsò inter
urbes, quas Amisius pererrat, Althamer. in Tacit. de morib.
Germ. *Paderbornam*, *Bekenam*, *Monasterium & Osnabru-*
gum numerat. Nam partim longiore, partim breviore in
intervallo ab ijs distat. Quas autem verè alluat, tabulæ geo-
graphicæ demonstrant; nimirum *Ritbergam*, *VVidenbruggi-*
am, *Rhedam*, *Varendorpium*, *Telgetum*, *Rhenam*, *Meppenam*,
ubi *Hasa* altero Caroli M. cum Saxonibus prælio & victoriâ
inclytus amnis confluit; & ad ipsum *Amisij* ostium *Embdam*.

6. ET POPVLIS. *ANSIVARIIS* olim, qui pulsi à
Chaucis Frisiorum limitaneos agros occupavere. Tacit. 13. An.
& nomine quæsito ab *Amisio* aliter *Ampisivarij* vocantur. Clu-
ver. Germ. antiq. l. 3. c. 16. *ANGRIVARIIS*, quorum defectio à
zergo *Cesari Germanico* ab *Amisiâ* ad *Visurgim* profecto, & ca-
stra in levâ metanti nunciata. Tac. 2. An. Cluver. Germ. antiq.
l. 3. c. 14. *BRVCTERIS*, quos in *Amisia* *Drusus* navalí prælio supe-
ravit. Strabo. l. 7. & filius *Drusi* *Amisiam* & *Luppiam* amnes inter
hand procul *Teutoburgiensis* saltu vastavit. Tac. 1. An. *CHAMAVIS*,
qui *Bructeris* veris & antiquis *Amisij* accolis pulsis & excisis,
cum *Angrivarijs* in sedes eorum migraverunt. Tac. de morib.
Germ. Cluv. Germ. antiq. l. 3. c. 14. *CHAVCIS*, Isac. Pöt. l. c. orig.
Franc. c. 9. Altham. in Tac. de morib. Germ. Cluver. l. 3. c. 18.